

gonse. dif. 5. non mediocriter. Poterit ergo quilibet secundum proprium affectum, vt verbis illi correspondentibus Deum inuocare. Possimus tamen hæc orationis breuis formam quasi pro exemplo statuere, quæ etiam sua generalitate omni necessitati accommodatissime famulatur, vt simplices illa post dominicam orationem, aut symbolum quasi conclusione vtantur, aut etiam sine istis pro sua breuitate frequenter repetant, & sero, & mane quotiens euigilant, quotiens ad opus accedunt quotiens cessando ab opere recedunt, ardentibus prosperis, infestantibus quibuslibet aduersis, quam sapientum vñ in tractaculo de triplici via ad Deum pro incipientibus ordinauit.

Orandi breuis forma.
Hæc ergo est orandi, quam diximus, forma. O optime domine pulcherrime, dulcis, & misericors miserere nobis, mei, vel illius, quos, vel quem precioso sanguine domini nostri Iesu Christi vnigeniti tui filii redemisti. Et nonne oratio hæc consonat illi cantico ecclesie, in letaniis, & rogationibus frequentando. Miserere, miserere populo tuo quem redemisti Christe sanguine tuo &c.

In hoc breui verborum contextu quasi lectio quadam in quinque primis verbis præmittitur, quæ meditationem se cum affectu, bonorum affectuum gignituram, quibus præparatur animus ad ritè, quod sequitur, perorandum. Habet enim sapientes oratores hanc (vt Ambro. in lib. de sacramentis loquitur) disciplinam, quod incipiunt à iudicis laudibus, vt cum fautorem sibi præsentent, & beniuolum faciant cognitorem, quod etiam consuetudo sacrarum habet scripturarum. Ita & quod præmittitur in primis quinque verbulis, dominum, quæm oramus, laudibus attollit, atque eius sic beniuolentiam captat. Nō quidem illum nostris laudibus flectamus, inclinemus, aut moueamus, quasi immutandum à suæ instituto voluntatis, propter quod hominem orare volètes prius laudamus.

Sed vt nos ipsos orantes excitemus,

vt seruenter, deuotè, & humiliter ad illum, & compassionem ad nos afficiamur. Et quamuis dominus in seipso sit omni perfectione plenissimus, vt omnes nostras in se sufficiat absorbere piæ affectiones, quia tamen secundum abyssum suæ diuinitatis habitat in monte umbrifero, & condensio, ac luce inaccessibili à nobis facilius cognoscitur per respectus, quibus se habet ad creaturam, & secundum hoc paratus erit in nobis affici ad eum.

Habet autem se multipliciter ad creaturam. Generaliter quidem ad omnem tanquam principium productum, siue creaturium. Et secundum hoc dicitur bonus. Bonus est sui dissoluium secundum Dionys. & quia bonus est, nos sumus, ait Aug. 1. de doctrina christiana. Vel tanquam principium conseruatiuum, & regituum secundum imperiū suæ voluntatis. Et secundum hoc dicitur domino sicut scriptum est, Qui dominatur in virtute sua in æternum psal. 65. Habet etiam se specialiter ad electos iam assumptos in gloria tanquam beatificator, quos in contemplationem suæ indicibilis pulchritudinis æternaliter suspendit, & amorosa sui fruitione inextinguibiliter accendit, & secundum hoc dici potest pulcherrimus. Hoc enim quod potentiam delectat, atque ad se trahit, pulchrum ab ea iudicatur. Sic dictū est per prophetā, Confessio, & pulchritudo in conspe. eius ps. 95. Ad viatores autem, qui in charitate sibi famulantur, atque cæteris contemptis sibi adherent solū dominū timentes, habent se, vt amantissimus pater, aut sponsus multis eos suauitatibus, & internis consolationibus reficiens, & post se trahens. Et secundum hoc dicitur dulcis, sicut ait propheta. Quā magna multitudine dulcedinis tuæ domine, quā abscondisti timentibus te ps. 3. Habet se deniq; ad peccatores longanimiter expectans, & dās penitentiae locum, pulsans quoq; & ad conuersionem multipliciter vocans. Reuertentesq; à peccatis quantiscunq; & quotiescunq; in sinū charitatis suæ coligit, sicq; commissa indulget peccata, vt